

interrogabat discipulos suos dicens eis. quem me dicunt esse homi-
 nes. Qui responderunt illi dicentes. iohannem baptistam. Alii
 heliam. Alii uero quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis.
 uos uero quem me dicatis esse. **R**espondit petrus ait.
 Tu es xps. & comminatus est eis. ne cui dicerent de illo; & cepit
 docere illos. quo oportet filium hominis multa pati. & repro-
 bari a senioribus. & a summis sacerdotibus & scribis. & occidi.
 & post tres dies resurgere. & palam uerbum loquebatur.

Et adprehendens eum petrus. cepit increpare eum; qui conuersus
 & uidens discipulos suos. comminatus est petro dicens; uade
 retro me satanas. quo non sapis quae di sunt. sed quae homini
 sunt; **E**t conuocata turba cum discipulis suis. dixit eis. Si
 quis uult me sequi. denegat se non & ipsum. & tollat crucem suam
 & sequatur me; Qui enim uoluerit animam suam saluam facere
 perdat eam; qui autem perdidit animam suam propter me
 & euangelium. saluam eam faciet; Quid enim proderit
 homini si lucretur mundum totum. & detrimentum faciat
 animae suae. aut quid dabit homo commutationis pro anima
 sua. **Q**uid enim me confusus fuerit & mea uerba in generatione
 ista & dultera & peccatrice. & filius hominis confitebitur ei
 cum uenerit in gloria patris sui cum angelis suis; **E**t dicebat illis.
 Amen dico uobis. quia sunt quidam de his scribis qui non gust-
 abunt mortem. donec uideant regnum di ueniens in uirtute.
Quod post dies sex. assumit ihu petrum & iacobum & iohannem.
 & ducit illos in montem excelsum seorsum solus. & transfigura-
 tus est coram ipsis; & uestimenta eius facta sunt splendens
 & candida nimis uelut nix. quae dia fullo super terram non
 potest candida facere. & apparuit illis helias cum moysse.
 & erat loquens cum ihu; & respondens petrus ait ihu.
 Rabbi. bonum est nos hic esse. & faciamus tibi tabernacula.